

fuit propheta incertus: Dicit enim se nescire quid de se fiet ac  
 suis. Dicit etiam ipse: Nescio utrum ego aut vos sumus in rectitu-  
 dine Vnde & fertur dixisse de patre & matre sua Vtinam scire  
 quod est opus eorum. Item fertur qd ipse fuit prestigiatus a iu-  
 deis/acubus ab aliquibus mulieribus in vultu cereum immis-  
 sis/& projectis in puteum. Affirmantq; comuniter/ ipsum Ma-  
 hometum veneno vitam finiuisse: quod assumpsit/cum huic  
 iudea quedam venam secuisset. Item ipse quidem christus ab  
 Abraam descendit & Isaac/cui facta est promissio de benedi-  
 ctione:& consequenda hereditate. Mahometus autem descen-  
 dit per Hismael: ad que non peruenit promissio; sed de eo scri-  
 ptum est: qd erit verus homo:& manus eius contra omnes: &  
 reliq;. Item christus nullum unq; peccatum comisit: Spiritus enim  
 dei & verbum dei non potuit peccare. Mahometus autem ido-  
 latra fuit/& homicida lasciuus & rapax: multis alijs peccatis  
 connoxius: in quibus deus/ ut dicunt/ ei pepercit: Item christus  
 stupenda fecit miracula & utilia. Sicut enim dicitur in capitulo  
 Elmaide in fine: christus cecos illuminauit: leprosus munda-  
 uit: & mortuos suscitauit. Mahometus autem nullum miracu-  
 lum fecit/ sed'm Alcoranum. Et que de eo dicuntur: vel incoue-  
 nientia/ vel impossibilia sunt & absona: sicut lunam diuisam re-  
 integrare: vel inutilia: sicut camelum loqui: vel omnino occul-  
 ta: Multa enim dixit seipsum in occulto & nocte facere que in  
 die requisitus/ ostendere non potuit. Vnde ei dixerunt: Dicis  
 te ascendere in celum ad deum nocte: ascende de die/ ut videa-  
 mus nos: & credemus. Christus autem maxima & magnifica  
 miracula faciebat de die/& in manifesto/ & coram multis testi-  
 bus videntibus: quare manifesta sunt opera illius. Preterea  
 christus quidem magister fuit excellens: sicut dicitur in Alco-  
 rano: Et in capitulo Elmeide/ quasi ex persona dei: O christe/  
 considera quomodo dedi tibi spiritum sanctum ut loquaris. Item  
 in cunabilis docui te librum & sapientiam & legem Moyse &  
 euangelium. Mahometus autem doctor fuit ignarus & homo  
 idiota: nesciens aliam linguam/ nisi suam: ignorans etiam in-  
 terpretationem legis sue: Dicit enim solum deum scire Alcora-  
 ni expositionem. Item christus sed'm euangelium crucifixus  
 est/& mortuus/& resurrexit vere/& ascendit in celos: & se-  
 det ad dexteram dei. Alcoranum autem dicit: qd non est mor-

Aliud ar.  
 xpi ad Ma-  
 hometum ex-  
 cellentia.

Gen. xvi.  
 d.

Aliud ar.

Aliud ar.  
 ad idem.

Aliud ar.  
 ad idem.

Aliud ar.  
 ad idem.

e iij

elis  
 alex  
 bus  
 ne. Si  
 o des  
 scrib  
 Moy  
 dicat  
 iunta  
 p to  
 obe  
 i deo  
 uela  
 s un  
 oia  
 aeri.  
 plus.  
 ipse  
 netu  
 oia  
 et de  
 fors  
 licet  
 cre  
 cre  
 Al  
 ario  
 are  
 nge  
 luce  
 n de  
 fuit  
 rtu  
 gi  
 est.  
 &  
 um  
 em